12 tero se emi manda. ¶ †Scōo no.in versi.⁊ si volueꝛo.ibi vt tota mea sit: hic subtiliter,p̄hari q; petēdo simpliciter rem non intel ligitur totū petere nisi adiiciat totaz.⁊ ita in discursu ponderat

a ¶ Petēdo rē. a Adde q̄ ista est cōis opi. vt refert Feli. in d.c.ij. co.vj.v. ⁊ p cōclusione ista. de libel. obla.

Bre.hic i scōo no. Breuiter tene q; petēdo rem a simpliciter in
13 telligatur totam petere.glo. est in.l.si in rem.in prin.⁊ ibi Bar.⁊ alij.§. de rei ven.glo.in.c.ij. de libel.obla.Bar.in.l.legatis vpoz. j. de lega.ij.⁊ est tex.in.l. de pupillo.§.qui nuntiat.⁊ ibi Bart.ad hoc no.⁊ ibi dixi.j. de ope.no.nun. Ad istum tex. respōde q; pro cedit p̄pter cōcursum dinersorum iuriū ex persona diuersorum. ¶ †Tertio no.q; electio est inuariabilis. ratio q; statim cū vo lo hanc rē legatā ad me pertinere ex mea p̄sona ⁊ ex meo legato, lex facit executionē ⁊ ius legati trāsit ad me.l.apud auſidiū.j. de op.leg.iuncta glo.in.l.si quis ita hereditatē.§. de cōdi.inst. vnde facta executione nō est locus variationi.l.serui electiōe. in prin.
14 vbi dixi.§.eo. ¶ Quarto ⁊ vltimo no.quod vbi iura dinersarū p̄sonarū cōsolidantur in p̄sonam vnius,potest ille vnus q; poterāt illi quo attēta origine.facit tex.in.l.tutorem.j. de bis q; bus vt indi.⁊ in.l.nō est nouū.§. de act.empt.⁊ in.l.sicuti.§.fin.§.

berti eius hereditas estimaretur vltra.c.ꝑpter cōputationē le gati: ergo iā cepit esse locus legitime,⁊ sic ius iam quesitum,ergo repudiatione legati ampli⁹ sibi auferri nō potuit. Adde aliū
23 intellectum ad illum tex. q; ibi loquitur in repudiatione que fit in fraudē ẽiz,⁊ ista est ipso iure nulla. secus si fieret in fraudez hominis. tex. habes solēnem qui ponit hāc differentiam in ter minis nostris,in.l.si libert⁹ minozem.in prin.j. de iure patr. que lex est ad hoc multum singu. s̄m Bar.ibi. ¶ Secundo conside ra duo circa tex.in.l.si fundum sub cōditione.s.si Titus.j. eodē hic allegatum,per Bar. dicit ibi tex.⁊ heres Titij legatū nō re pudiauerit. Pondera illud,nō repudiauerit. naz illa negatio ⁊ sic illa p̄uatio p̄supponit habitū,⁊ sic potentiam repudiādi, ⁊ sic q; repudiare potuisset.l.decem.j. de verbo.oblig.l.remittit. s. de iureiur. licet glo.ibi dest̄uat illum tex.⁊ dicat quod non re pudianit,quia non potuit repudiare. ¶ Secundo considera,q; falsum est illud quod dicit Bar.ad illum tex.q; ibi versef cōmo
16 dum repudiantis,imo ibi nullum est cōmodum pecuniarij vel interesse heredi repudiare tale legatum, p̄out etiam tenet do. Alex.hic,⁊ in pe allegato cōsil.cxij. tertij volumi. ¶ Capio gl. fin.in verb.non posse.quam diuido in tres partes. Jn prima op po.cōtra textum ⁊ sol. Jn secunda formo vnam questionem. in tertia aliam. Secūda ibi,sed an,partim.tertia ibi, itē si velit di
24 midiam. ¶ †Jn eadez glosl.in fi.dic rationem diuersitatis esse quia in primo casu quando legatur disiunctim, tunc in persona cuiuslibet eorum est vnum legatum de tota re: vnde si vn⁹ repu diat tota illa res remanet in meo legato per ius nō diminuēdi: vnde cum vnum sit legatum non possem illud scindere.⁊ sic pro parte acceptare,⁊ pro parte repudiare.l. neminem.j.ti.j. Sz q̄n legatur cōiunctim verbis,⁊ disiunctim re,tunc cuilibet est lega ta dimidia,⁊ sic sunt duo legata: vnde possum meam partez ac ceptare,⁊ aliaz repudiare,ne mihi accrescat per ius accrescēdi: sed remaneat penes heredem.d.l. neminem. cum.ll. sequētibus.
25 ¶ †Et sic not.q; ista gl.s̄m Bal. Jmo. Raph.⁊ Pau. de castr. quod licet in hereditatib⁹ portio deficiēs ipso iure accrescat in uito per ius accrescēdi.l. vnica.§. bis ita. C. de cad. tollē. ne testa tor decedat.p parte testatus ⁊ pro parte intestatus.l. ius nostrū. ff. de reg. iur. bo. tex. in.l. si duobus. ff. de test. militis. Sec⁹ est in legatis a cessante ratione, quia in legatis portio deficiēs accre scit volenti ⁊ non inuito, q; alia pars remanet penes heredem, d.l.vni.§.vbi autem.vbi Bald.⁊ alij assignant dictam rationez diuersitatis.

1 ¶ Difficultas prestationis legatum non vitiat,sed reiscitur ⁊ quando J.nn.9.
2 Bades est insula in finibus Hispanie in occidenti.
3 Existens in articulo mortis potest condere testamentū ⁊ quan do non nu.5.
4 Arguere de contractibus ad vltimas voluntates quod liceat. Contractus possunt fieri vsq; ad vltimum vite spiritum. Bald. nihil ignorauit.
5 Existens in articulo mortis non potest hereditatem adire. Quilibet in articulo mortis si efficitur mutus habens linguam in grossitatem ⁊ balbutientem ita quod articulate non loquitur: non potest condere testamentum.
6 Dies secundo no.ex tex.q; licet alias regula sit q; dies interpellat quando dilatio est ita brevis q̄ prestatio est impossibilis.et qd in contractibus stricti iuris.nu.8.
7 Mora est delictum negligentie. Negligentia non cadit vbi est impossibilitas.
9 Angustie temporis que concernunt executionem legati non vi tiant ipsum legatum,sed reiscinturꝛ quando vitiant vide re gulam cum tribus fal.
10 Jmpossibilitas resultans ꝓpter longitudinem temporis ap positi prestationi legati vitiat etiam legatum libertatis.
11 Angustie temporis licet reiscindtur de legato quo ad disp̄ositio nem non tamen reiscinturꝛ quo ad conditionem.
12 Angustie temporis licet reiscindtur quo ad principalem disp̄o sitionem legati an etiam reiscinturꝛ quo ad penam.
13 Testatoꝛ si mādat aliquid fieri vel dari intra certum tempus a die mortis sue quod est possibile prestari an heres possit hoc dif ferre sub pretextu quod vult deliberare.
14 Tempus p̄fixum a testatoꝛe a die mortis intelligitur ⁊ adite hereditatis.
15 Angustie temporis in contractibus bonefidei ⁊ in vltimis volū tatibus que illis equiparantur equod non vitiant sed reiscinꝝ. ⁊ vide.nu.17. Secus in contractibus stricti iuris.
16 Ultime voluntates habent instar contractuum bonefidei quo ad quid equiparantur.
18 Condītio impossibilis q; vitiat quoscūq; contractus etiā bone fidei non tamen legatum nec vltimas voluntates.

19 Differentia inter angustias temporis ⁊ conditionem impossi bilem ad inualiditatem vel validitatem.

1 **Si quis seruos.** † Jn testamentis difficultas p̄restationis subducitur ⁊ le gatū firmū remanet.b.d.ff Bar. Ego breuius sic summo. Jm
2 possibilitas p̄stationis legatū nō vitiat,sz reiscitur.b.d. ¶ Jn tex. ibi gadibus.gl.in.l.vpozem.§. leganerat.j. de le.iij. declarās in tex.nro. illud gadibus: dicit q; est patria que fuit subest Veneris, ⁊ est sedes eoꝝ patriarchalis. refert ⁊ simpliciter sequit Paul. de cast. hic q; subdit q; olim erat portus acquilegie. Dic melius ff Oratores quod est insula in finib⁹ betice.i. Hispanie in occi dēti vbi Europa ab Affrica distinguit aut circūdat mari i mo dū sepis,ideo dicit gades q; penoz lingua sepē indicat, ⁊ ibi co lūnas Herculis citas ferūt. ¶ Pōderaī p̄mis tex. ibi q; Ro me moziēs fecerat. hic esse tex. no. s̄m subtilem do. Pe. de bex. do. Jac. de bu. † quod moziēs ⁊ sic exīstēs in articulo mortis po
3 test cōdere testamentū. Ego puto q̄ iste tex. nihil penitus p̄o bet q; nō dicit tex. q; moziēs fecerit testamentū. Sed bñ dicit q̄ Rome moziēs ⁊ sic qui moztuus est Rome ibi fecerat testamen tum,⁊ sic in p̄teritum iam testamentum fecerat ⁊ postea Ro me mortu⁹ est. ¶ Tñ credo q; istud not. sit verū licet nō ꝓbetur per istū text. Sed ego p̄obo per multos text. iuris ciuilis ⁊ per multos inris canonici. Primo per tex. in.l. cuz quid decedens. in princi. ff. de admini. tuto. ⁊ in.l.j. in verbo decedēs. et in verbo post q̄ aliud velle nō possunt. C. de sac. san. eccl. ⁊ in.l. p̄bpilo. §. p̄positum. in verb. in discrimine vite cōstituti. ff. de lega. iij. et in.l.si pater.§.fi.j. de fideicom. liber. in verb. in extrema esset vale tudine.⁊ tex. valde solēnis in.l.q̄n indignū. C. de testa. in v̄b. se minecis ⁊ balbutiens lingua p̄ofundit. Habēt cano. optimos tex. in.c. Raynutius. in verb. in extremis cōstitutus. de testamē. ⁊ in.c. nos quidem. in verbo,de hac luce migrāte. de testa. ⁊ in.c. fi. in verb. agēs in extremis. de succes. ab intest. ⁊ vltra text. ratio est vtnens enim moritur. l. qui duos.§.j.⁊ ibi glo.j. de manu. test.
4 ¶ † Dinc arguēdo de vltimis voluntatibus ad cōtractus q̄ argumentum validū est in iure.l.seruū filij.§. qui chirographū. ⁊.l.q̄ de legato.j. eo. sequitur q; etiā cōtractus possunt fieri vsq; ad vltimum vite spiritus. tex. est de hoc sing. in.l. seia.§. fi. in ver bo,in extremis vite cōstitutus.§. de do. cau. mor. quē tex. ad hoc pōderat ⁊ reputat sin. Bal. qui nihil ignorauit, in.c. q̄n frequen
5 ter. in prin. in. v. col. vt lit. nō cōte. ¶ † Limita istum tex. ⁊ intellige dnob⁹ modis. ¶ Primo dūmodo nō sit in vltimo articulo mortis q; tunc nihil pōt facere imo tūc non pōt adire hereditatē q̄uis solo animo fiat. glos. est valde solēnis ⁊ sing. in.l.fi.j. q̄n dies leg. ce. Cōfirmo q; quilibet in articulo mortis efficitur mut⁹. ita di cit gl. in. c.j. in verb. mutus. in tit. Ep̄m vel Abba. in v̄s. fen. Jtē p̄o ista limitatiōe bene facit text. in.l.si quis ita libertatē. in p̄n. in verbo vltimo vite tpe. ff. de sta. lib. ¶ Secūdo intellige q; mo riens pōt condere testamentū dūmodo articulate lequatur al⁹ si haberet linguā in grossatā ⁊ balbutiētē sic q; articulate nō lo queretur nō posset cōdere testū. text. est de hoc valde no. in.l. iu bemus. C. de test. in verbo neqꝫ articulate lequi pōt moztuo sīmi lis est. ⁊ ibi Bar. multum no. illum tex. ad hoc vt dicit quod vi
6 dit de facto. ⁊ ita etiam limitat Bald. in. d.l. quoniā indignum. ¶ Secūdo no. ex tex. q; licet alias regula sit q; dies interpellat
a q̄ homine⁹ ⁊ cōstituit in mora.l. magnam. C. de cōtrahen. ⁊ com mittē. stipu. l. ij. ad fi. C. de iur. emp. c. potuit. de loca. Jstud est ve rū nisi dilatio sit ita brevis q; impossibilis sit p̄statio quia vi tiat,vt hoc tex. ⁊ per cōsequens nō constituit in mora. Jta pon derant istum tex. Bal. do. Alex. ⁊ Abod. senen. hic. Alij nihil tā
7 gunt. facit bene tex. in.l. insulam. §. j. ff. loc. alleg. in glos. † Cōfir matur quia cum mora sit delictū negligētie, vt habetur in.l. mo ra. ff. de vsur. Certe vbi est impossibilitas ibi nō cadit negligen tia, vt est bon⁹ tex. in.l. quod te. in verbo si i potestate tua fuerit. ff. si cer. pe. Adde vltra p̄fatos scribē. q̄ idē per istū tex. tenet
8 Lud. Ro. in repe. rub. ff. de arbi. i. iij. co. ¶ † Jntellige istud no. p̄cedere in contractibus bone fidei vel in vltimis volūtatib⁹ eis equiparatis in quibus solum angustie tēporis subducūtur ⁊ actus remanet validus, vt hic,a.d.l. insulam. §. j. Sz in contra ctib⁹ stricti iuris ista limitatio nō procederet cū illos angustia tēporis reddat nullos, vt in glo. vbi dicetur vñ non est tracta dum de cōmissiōe more. ita declarat istud no. Bal. alibi. Ludo. Ro. in.l. si ex legati causa. in prima charta. ff. de verb. obl. ⁊ cre
9 do eandē fuisse mentē Bal. ⁊ sequaciū hic. ¶ Tertio no. ex hoc tex. principaliter q; angustie tpis q̄ cōcernūt executionē seu p̄e stationē legati nō vitiant ipsum legatū, sed reiscinꝝ, ⁊ istud est q; principaliter decidit iste tex. ¶ Limita istum tex. nō procede re q̄n impossibilitas seu difficultas causat ꝓpter angustias, ⁊ sic brevitatem tēporis in p̄stādo, tunc quia brevitas temporis est apposita per testatorem fauoze legatarij: quia testatoꝛ volet legatarium quam citissime consequi, certe non vitiat legatum

a ¶ Homine. Adde hoc, et vide p Bart. i l. traditiōe. §. illo. j. de act. ⁊ oblig. Et quo hoc intelligat vide p Alex. de Jmo. i cōs. glv. col. ij. circa fi. ⁊ in cōsil. lj. co. j. circa fi. in. v. vol. ⁊ per Soci. in cōsil. cvij. co. iiij. vſ. fit ergo cōclu sio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita loquit tex. hic ne inducta in fauorē retorqueantur in dānum cōtra l. quod fauore. C. de legi. ⁊ l. legata inutiliter. ſ. e. vbi dicē.

10 ⁊ c. quod ob gratiā. de reg. iur. in. vi. † Secus qñ impossibilitas resultat ꝓpter longitudinē tp̄is appositi p̄stationi legati ⁊ sic in dannū legatarij, tūc vitiat legatū etiā libertatis. tex. est not. quem Ray. ibi dicit nō esse alibi, in. l. cum heres. ſ. i. de statulib. ⁊ ibi tex. in fi. assignat rōnē, qꝛ nec aninꝰ adest ꝓdē libertatis. Jta teneas ad illum tex. ḡnis. d. Alleg. hic i fi. aliꝫ modis respōdeat cuius solutiōes impugnant Bodeꝛ. senē. hic ⁊ alio modo respōdent, sed reiectis omnibus aliꝫs soln. teneas istam que est verissima. ¶ Scō limita hꝫ Raph. cu. hic, qꝛ licet angustie tēporis reſiciātur quo ad dispositionē vt hic, nō tū reſiciunt quo

11 ad cōditionē. † Unde si testatoꝛ aliqꝫ mihi legat sub conditione si intra triduum faciam tale monumētum quod est impossibile tale legatum ſm eum nō valet, ꝓ tex. in. l. si qs ita instituꝰ. ℈. de ℈di. insti. licet glo. ibi videat cōtradicere ſm eū. Tu cōfirma nā ideo impossibilitas adiecta cōditioni magis vitiat quia ꝙditiones sunt magis precise ⁊ dobent impleri in forma specifica. l. qui heredi, ⁊ l. ℈Deui⁹. ſ. de cōdi. ⁊ demon. Dic melius ꝙ tex. in. o. l. si quis ita instituꝰ. solum dicit cōditionem euanescere, per hoc non sequitur, ergo etiā legatū euanescit: imo in vltimis voluntatibus cōditio impossibilis reſicitur ⁊ legatuꝫ pure valet. tex. est clarus, in. l. ℈. de cōdi. insti. ⁊ in. l. obtinuit. ſ. de cōdi. ⁊ demon. ⁊

12 ita tenēt gl. ⁊ Bar. i. o. l. si qs ita ℈titue⁹. ¶ † Tertio mirabiliter limita ſm Raph. cu. ꝙ licet angustie tēporis reſiciātur de principali dispositione legati nō tū reſiciuntur quo ad penam vnde si in casu huius. ſ. testatoꝛ adiecisset penam si heres nō dedisset ſ. triduuꝫ, incidisset in penam. Quis impossibile sit dare. allegat l. multa. in p̄in. ⁊ l. in testamēto. p̄ma. ſ. de condi. ⁊ demō. Credo ꝙ sit erroꝛ manifestus qꝛ leges allegate ꝑ Raph. ꝓbāt totū contrariū ⁊ ecusant a pena. Ad idē tex. in. l. insulam. ſ. i. ſm primū intellectum glo. ℈. locati. Item p̄na est accessoꝛia[a] ergo regulaꝛ ſm principale. l. si ita stipulat⁹. ſ. de verb. obl. ⁊ l. Seius ⁊ Aluge rius. ſ. ad leg. fal. Bene facit ꝙ decidit Bal. in. c. i. ſ. ad hec. in ti. hic finitur leg. contra. vbi querit aliquis ꝑ miſit domino Comiti virtutum facere castrū in. ggg. dieb⁹ sub pena ⁊ dedit fideiussoꝛes certe ḡ brevitate tēporis erat quasi impossibile facere an inciꝺat in penā. determinat ꝙ non per. o. l. insulā. ſ. i. ⁊ ita tenē ꝙ pene sunt odiose ergo restringēde. l. cum quidā. ℈. de lib. ⁊ posth. n. c. odia. de reg. iur. in. vi. ¶ Ultimo subtiliter not. ex isto text.

13 ſm ꝙ subtiliter ponderat Bald. † ꝙ quando testatoꝛ mādat aliquid fieri vel dari intra certuꝫ tempus a die mortis fuc quod est possibile p̄stari nō potest heres differre eo pretextu quod velit deliberare ⁊ sic differre terminum ad deliberādum qua iste terminus immediate incipit currere a tempoꝛe mortis. Raph. cu. in fi. in vlt. verbis dicit ꝙ iste tex. parū facit. Tu dic ꝙ imo multum facit, quia si istud tempus certum nō inciperet currere nisi a die aditę hereditatis, certe tēpus non reiceretur tanꝙ nimis breue qꝛ heres posset tantū differre ad adeūdum ꝙ serui ex gradibus interim Romā venirent. Jmo. ⁊ ꝺ. Alleg. ⁊ 2mminter alij

14 reprehendūt † quia cum legata non possint peti nisi adita hereditate. l. eam quam. C. de fideicō. certe tempus p̄figum a testatoꝛe a die mortis intelligitur ⁊ adite hereditatis sicut in simili supplet gl. in. l. si. ℈. i. in verb. delatam. C. de iure deli. Tu dic ꝙ istud parum facit quia nō sequitur legatum nō debetur ante aditam hereditatem, ergo tempus p̄figum a testatoꝛe nō incipit ante currere non est bona consequentia: quia imo currit ⁊ postea adita hereditate legatū prohibetur, quia tunc termin⁹ erit lapsus.

¶ Breuiter cōmunis conclusio est ꝙ terminus certus p̄figus a testatoꝛe post mortem suā incipit solum currere a die adite hereditatis. l. iij. ℈. si qs heredi. ⁊ ibi. Bart. ad hoc no. ſ. de statulib. ⁊ illuꝫ tex. ad hoc reputat⁹ sin gu. Bar. in. l. ſi. in p̄in. C. de inr. delib. tu ad de ſimilem tex. in. l. si heredita⁹. in p̄in. co. ti. ℈ ad ista iura posset facile reſpōderi quod loquunt in tempoꝛe assignato legatario ad dandū heredi quod nō currit nisi ab adita hereditate cū nō sit in potestate legatarij facere qō heres adeat. secus est in tpe certo statuto ipsi heredi qui potest adire quandocunqꝫ vult. idem tenet Bar. in. l. si in diem. in p̄in. per illuꝫ tex. ⁊ ibidē aliꝫ. ſ. de condi. ⁊ demon. Sed etiam ille tex. posset retorqueri ad oppositum dum dicit neqꝫ initium tp̄is adscriptum, tamē ista est cōmunis ꝛclusio, quā tenet Bal. in. l. vni. in. xij. q. C. de his ꝙ peno. Ludo. Ro. vbiqꝫ in repe. l. prime. in. v. col. ℈. si quis. cau. ⁊ in cōſi. cccxcviij. inci. Pro plena discussione. in primo dubio. ⁊ in cōſi. cccix. inci. quo ad p̄mū. ꝑpositę cōsultationis articulū. in quo querit⁹ an heredes. Jtez tenet. ꝺ. Ant. de but. vbi limitat in cōſi. lvij. inc. in questione surgente. ¶ Expeditis textua. capio glosſ. ſi. in verbo angustias. quā diuide in tres partes principales. in p̄ima oppo. dupliciter soluit. in secūda similiter oppo. ⁊ dupliciter soluit. in tertia colligit ex tex. no. deinde opp. ⁊ nō soluit. secunda ibi, item contra instī. eo, tertia ⁊ vlti. est ibi, item no. angustiam temporis. ¶ In ca gl. ibi sol. ibi inter vinos. Intelligel. stricti iuris. Jsta doctrina cōiter tenet per Bar. ⁊ cōiter alios

15 hic † qō in cōtractibus bonefidei ⁊ in vltimis voluntatib⁹ que illis equiparātur angustie temporis non vitiant sed reſciunt, vt hic in cauſa. l. insulam. ſ. i. ℈. loc. Secus in cōtractibus stricti iuris, vt in. ll. allegatis per gl. pro contrarijs. Jsta so. tenēt etiā Bar. ⁊ alij in. l. vni. C. de his que pe. no. ⁊ in. l. cotinuus. ſ. illud. ff. de ver. obli. ⁊ in. l. i. ℈. de condi. insti. tenet etiā gl. vltra allegata per Bar. in. l. ij. ſ. fi. ℈. si quis cau. quicqd teneat. Raph. Ful. in. o. l. insulam. ſ. i. ⁊ in. o. l. vni. ad fi. Aret. hic, ⁊ in. o. l. cōtinuus. ſ. illō. ¶ Tu vltra scribē. aduerte ad duo prima inquātū Bar. ⁊ doc. hic, ⁊ in locis preal. arguūt quod sicut angustie temporis nō vitiāt in cōtractibus bonefidei. o. l. insulam. ſ. i. Jta etiā nō

16 vitiant in vltimis voluntatibus, eo quia † vltime volūtates habent instar contractuum bonefidei. l. in minoꝛum. C. de in integresti. mino. istud non videt vllo modo bene dictū ⁊ confunditur per doctri. eiusdēmet Bar. in. l. si heres. ℈. de eo ꝙ cer. lo. que do ctri. est indifferenter ab oībus approbata vbi dicit Bar. qō vltime voluntates equiparant ℈tibus bonefidei solū quo ad duo. Primo quo ad fructus ꝑsuras ⁊ interesse vt in vltimis volūtatib⁹ incipiāt currere a tpe mortis sicut in cōtractib⁹ bonefidei. Secō qꝛ si res soluta sit tradita deteriōr pōt denuo agi ad totā rem ac si nō esset tradita sicut in ℈tibus bonefidei. l. in. ℈. si redita. ℈. commo. l. hmōi. ſ. heres. ſ. eo. exceptis istis duobus vltime volūtates nō equiparantur ℈tibus bonefidei sed ſtricti iuris. sed hic nō sumus in aliquo ex istis duobus. ergo Bar. male dicit. ¶ Si vis saluare Bar. oportet supplere istū tertiū casum illi doctrine Bar. in. o. l. si heres. ⁊ ita legendo istū ter. supplenī istū tertiū casum qō etiā vltime volūtates equiparantur cōtractibus bonefidei quantum ad angustias tp̄is adiectas dispositioni, vt sicut non vitiant contractum bonefidei. o. l. insulā. ſ. i. Jta etiā nō vitiant vltimā volūtatē. casus est hic. Iste tertius casus necessario est addendus illi doctrine Bar. ⁊ ita ibi legendo addidi. ¶ Tertio aduerte inquātum Bar. ⁊ scriben. tenent

17 ꝙ angustie tēporis † nō vitiāt cōtractus bonefidei. o. l. insulam. ſ. i. nec vltimas voluntates vt hic, sed bene vitiāt cōtractus stricti iuri. o. ſ. loca. ⁊ l. ii. ℈. si quis ita. allegata in gl. ⁊ sic contract⁹ bonefidei ⁊ vltime voluntates equiparantur ⁊ discrepant a contractibus stricti iuris. Nunc ostendā contra istā doctrinā cōem qō contractus bonefidei ⁊ contractus stricti iuris in simili materia equiparāt ⁊ ambo discrepāt ab vltimis volūtatib⁹ ꝙ tra

18 illud quod tenēt Bar. ⁊ oēs hic. † Nam ꝙditio impossibilis indifferenter vitiat non solū contractus stricti iuris, sed etiā quoscunqꝫ cōtractus bonefidei. tex. est no. in. l. nō solum. ſ. de actio. ⁊ obl. ⁊ tū ego habeo ꝙ cōditio impossibilis nō vitiat legatū nec vltimas volūtates imo reſicit. tex. est in. l. i. ⁊ in. l. si quis ita instituꝰ. ℈. de cōdi. insti. ⁊ in. l. obtinuit. ſ. de cōdi. ⁊ demon. ergo vltime voluntates non equiparanť ℈tibus bone fidei ꝙ tra Bar. ⁊ doc. hic. nec cōtractus bone fidei differunt a cōtractibus stricti iuris. Nemo in specie attingit hanc difficultatē per hūc modū nec vnq̄ ita tetigi. ¶ Rūde breuiter † ꝙ illud ꝙ dicit Bar.

19 ⁊ doc. hic, ꝑcedit quantū ad angustiam tp̄is seu breuitatem temporis. Cōtraria loquunť quātum ad cōditionem impossibilē et sic est materia separata. Ratio diuersitates est in p̄opōtia an gustie tp̄is nō reſpiciūt substantiā obligationis, sed eius pactā tionem ⁊ sic executionem ⁊ cōsequenter reſpiciunt quoddā accidens. ſ. diē vel conditionē ⁊ illud non est substantiale in dispositione, ⁊ tunc nō vitiāt in fauorabilibus ⁊ vbi agitur de bona fide. ⁊ sic in vltimis volūtatibus ⁊ in cōtractib⁹ bone fidei. in istis terminis ꝓprie loquuntur Bar. ⁊ scribē. hic. ℈ conditio impossibilis reſpicit ipsam obligationem ⁊ cōsequēter ipsam substantiā dispositionis. Minimū si vitiat nedum cōtractus stricti iuris, sed etiam bone fidei. o. l. nō solum. ſm Bart. in. li. in. i. col. ad fi. ſ. de condi. ⁊ demon. ista est ꝓpria differentia inter angustias tēporis ⁊ cōditionem impossibilem. Et si dicas quātum ad cōditionem impossibilē tu non tollis difficultatem quia conditio impossibilis indifferēter vitiat nedū cōtractus stricti iuris sed etiam cōtractus bone fidei. o. l. non solum. ⁊ tamen condi tio impossibilis nō vitiat legatum nec vltimas voluntates iuri bus p̄allegatis. ergo vltime voluntates nō equiparantur cōtractibus bone fidei cōtra Bar. ⁊ docto. hic qui istam difficultatem non tollunt. Dico quod ad hoc respondet soleniter text. in. o. l. non solum. vbi formaliter dicit qō in actis dependētibus ex cōsensu seu volūtate duoꝝ vel plurū nihil agi existimatur apposita tali conditione quam sciunt esse impossibilem. ponderā qō tex. ibi in assignatione rationis dicit cū mysterio in actu dependente ex voluntate duoꝝ, ergo vult secus esse in vltimis volūtatibus que dependent a volūtate vnius. ſ. testatoris: ergo vult ⁊ bene ꝙ si testatoꝛ scienter apponat cōditionem impossibilem: tamē non vitiat legatum nec vltimas volūtates, vt expresse dicunt

[a] ¶ Accessoria. Adde. c. accessoꝛius de reg. iur. lib. vj.

cūt leges prealleg. ita declaro p̄sentē materiā. Ratio rōnis est qꝛ ab independentibus a cōsensu duoꝝ est imputandū partib⁹ quare talē conditionem apposuerūt quā sciūt esse impossibilez, sed in vltimis volūtatib⁹ nihil potest imputari heredi vt legatario quare testatoꝛ apposuerit cōditionem impossibilē. ¶ Ultimo circa sequens contrarū gl. Bar. refert aliam sol. gl. in. ℈. insti. eo. ⁊ reprehendit, qꝛ in hoc tex. testatoꝛ granauit heredē dare intra triduum: non aūt granauit constituere. Tu reprehende fortius, qꝛ si in hoc tex. heres fuisset granatus ad constituēdum ⁊ non ad dandum ⁊ consequenter reſpicere solū grauamen constituendi ⁊ non p̄stationē legati: non essent angustie tp̄is: nedū in triduo, vt dicit tex. imo nec in alio breuiori termino ex quo cō stitutum potest breui admodum tempoꝛe fieri per heredē, quia heres statim potest constituere.

1 ℣ Seruo quod legari potest id quod legari possit.
2 Seruum esse capacem vel incapacem dependet a capacitate vel incapacitate domini. ⁊ limitat. ſ. in. 12. ⁊. 13.
Seruus censetur eadem persona cum domino ⁊ eius voꝛ censet domini voꝛ.
3 Statutum puniens cōtrahentem cum bannito ꝙ non comprehendit cōtrahentem cum seruo banniti vel eius filio, ꝑcuratoris nomine banniti. ⁊ nu. ℈. tenet cōtra Bar. ⁊ quid in contrahente procuratoꝛio nomine. nu. ℈.
4 Statutum disponens de contractu ꝙ intelligitur de contractu vero ⁊ non ficto.
5 Tutoꝛ quare prohibetur emere a pupillo ⁊ sic etiam eius filio.
6 Quod non possum per me, nec id possim per alium.
7 Tex. in. l. iij. ſ. hoc autem solū. ſ. de leg. p̄stan. ꝙ procedit quodam iure speciali ⁊ contra regulas iuris.
9 Baldus nihil ignoranuit.
10 Satutum puniens loquentem cū bannito habet locum in mittentem nuntium vel epistolam.
11 Seruus posthumi alieni instituī potest licet posthum⁹ alienus instituī non possit.
12 Seruus si est institutus eius contēplatione ⁊ non cōtemplatione domini, tunc eius capacitas vel incapacitas non attendit ex persona domini.
13 Capacitas serui a persona domini ideo consideratur quādo dominus est in totum incapax.
14 Seruus recipit capacitatem in genere a dño non in specie.

1 **Regula.** † Seruus dr esse capax si dns est capax. b. d. casus est planus. ¶ No. ex hoc text. regulam affirmatiną ꝙ illud qō possum legare dño possz etiā legare ei⁹ seruo, vt hic. ℈. l. nō ideo minus. ℈. de here. insti. Hinc a ℈io colligit regula negatiua ꝙ illud qō nō possum legare seruo nō possum etiam eius dño. l. neqꝫ. C. de hered. institu. ⁊ d. l. non minus. Hinc ex istis duobus sequitur regula generalis ad quam quoti

2 die allegať iste tex. † ꝙ capacitas vel incapacitas serui pendet a capacitate vel incapacitate dñi. Hinc est ꝙ qui nō pōt vsucapere suo nomine non potest etiam vsucapere per seruum suum tex. est in. l. Labeo. ſ. fi. ff. de vſuca. ¶ Ratio huiꝰ regule est, qꝛ seruꝰ censet eadem persona cū dño, qꝛ voꝛ serui voꝛ dñi. dicit tex. in. ſ. ei qui. insti. de inuti. stip. nam seruꝰ quantū ad se in his que sunt iuris ciuilis pro nihilo reputatur. l. quod attinet. ſ. de reg. iuris. ¶ Per istam regulam tex. nostri confundit no. decisio Barto.

3 in. l. iij. ℈. hoc aūt solum. ſ. de leg. p̄stan. vbi per illū text. decidit Bar. † ꝙ si statutū ꝓhibet cōtrahi cū exbānito sub pena centū, cōtrahens cū seruo vel filio exbanniti, ita ꝙ acquiratur exbannito: nō tū incidit in penā statuti. qꝛ inspicitur cum quo cōtrahitur: nō aūt cui acquiratur ex dispositione legis, per illum text. secus si contrahꝫ cum eo qui venit ꝑcuratoꝛio noie bāniti, tunc

11 puniꝛ pena statuti, quia inspicitur cui acquirit ex dispositione hominis: vt ibi in ver. item si quis. ¶ Istam tū decisionē Bar. pro no. sequit Aret. in. l. gallus. ℈. quid si is. in. ij. ⁊. iij. col. ff. de lib. ⁊ posth. motus duplici fundamento. Prima qꝛ statutum ſm eū consideranit cōuersationē que haberet cū bannito secū contrahēdo, que cōsuetudo cessat si ℈bat cū eius seruo vel filio. ⁊ sic statutū potius cōsiderauit cōuersationem cū bannito, ꝙ eius effe

4 ctum. Scōꝺ qꝛ statutū disponēs "super cōtractu intelligit de

a ℈ctu vero ⁊ nō de ficto: vt est tex. in. l. si quis in legatiōe. ⁊ ibi no. Bal. ℈. de iudi. ⁊ Bart. in. l. multū interest. C. si qua alte. vel sibi. ⁊ sic statutū procedit qñ vere cōtrahit cum exbānito, non autem qñ cōtrahitur cū eius seruo aut filio. ¶ Sed certe ꝓut etiam dicit Bodeꝛ. senē. vtraqꝫ rō Aret. cōfundit ꝑ illud qō ſubdit bartꝰ. de ꝑcuratoꝛe. nam vult Bar. qꝛ cōtrahens cum procuratoꝛe bānīti incidat in penam statuti. ⁊ tamē contrahēdo cū procuratoꝛe nō conuersatur cum bannito. item ibi vere nō cōtrahit cum bannito sed ficte. ¶ Ego ꝓ clariori intelligentia diuido istā so lennē. q. Bar. in duos articulos. Primus erit qñ qs ℈bit cū seruo vel filio exbāniti. Secundus articulus erit qñ ℈bit cum procuratoꝛe bāniti. ¶ Circa primū articulū cōtra decisionē Bart. facit tex. no. in. l. pupillus. ℈. fi. ℈. de autho. tut. vbi sicut tutoꝛ ꝓhibet emere a pupillo, ita ꝓhibetur filius tutoꝛis, qꝛ quelibet alia persona eius iuri subiecta. Ad istū tex. rñdet idem Are. in. l. i. in p̄in. in. iiij. col. ſ. de verbo. obli. qō loquitur quo ad prohibēdum acquiri, sed nō quo ad penā, ꝓut loquitur Bar. sed tu aduerte qꝛ Barto. nō fundat se in penalitate, vt est tex. in quo se fundat Bar. in. o. ſ. hoc autem solum. ideo ego aliter reſpondeo ad illū tex. ¶ reſpōdeat Are. ⁊ reſpōdeoť per aliū tex. in. ℈. item ipse tutoꝛ in eadem. l. pupillus. vbi dicit tex. quod ideo tutoꝛ ꝓhibetur emere a pupillo, eo quia ipse tutoꝛ esset ⁊ emptoꝛ ⁊ vēditoꝛ p eandem rationē, ergo etiam non possunt filius ⁊ seruus tutoꝛis cum sensēatur eadem persona. l. fin. C. de impub. ⁊ aliꝫs subſtitu.

5 iuncto. ſ. ei qui. insti. de inuti. stipula. ¶ Secundo contra Bart. pondero tex. in illamet. l. pupillus. ℈. sed ⁊ si per interpositā. vbi di. it tex. quod tutoꝛ qui ꝓhibetur emere a pupillo ꝓhibetur etiam emere per interpositam personaz. ratio dicit ibi tex. quia qui cōtrahit per interpositam personam facit in fraudem legis ergo nō valet. Ytemet tex. ⁊ eius ratio militat cōtra decisionem Bar. ¶ Tertio cōtra Bar. allego tex. t. valde not. in. l. ij. ſ. i. ſ. de admini. re. ad ciuita. pertinē. vbi formaliter dicit tex. quod si qs suo nomine exercere ꝓhibetur id nec per subiectam sibi perso

6 nam agere debet. Et glossa ibi no. † quatuoꝛ que videas per te. ⁊ p̄sertim ꝙ illud qō nō possum per me, nec per aliū possum. ad hoc allegat infinitos cōcordantes tex. quos potuissem hic addu cere. ¶ Quarto cōtra Bar. allego tex. in. milites agrū. in p̄inc. ſ. de re militā. in verb. nec sub alieno nomine. ⁊ glo. ibi exponit. i. nec per interpositam personam. ¶ Tenendo istam partem con tra Bart. ꝓut teneo nō obſt. tex. in quo se fundat Bart. in. o. l. iiij. ℈. hoc autem solū. quia ad illū tex. respōdeo dupliciter. Primo quod ille titulus procedit iure quodā speciali ⁊ singulari cō

7 tra regulas iuris cōis: † qꝛ contra tabulato testamēto omnia legata corruūt. ibi sustinentur in coniunctis personis. ideo nimirum si ibi strictius cōsideratur persona cui relinquit ℈ effectus ipsius acquisitiōis. Scō rñdetur ꝙ dispositio illius tituli fuit inducta vt honoꝛ legatarioꝝ conseruet. Ideo dicit ibi tex. ꝙ nō attenditur cui acquiratur sed cui honoꝛ exhibetur. sed in ca su nostro statutū videt cōsiderare effectū ℈tus, ⁊ sic acquisitionis qui olim fieret bānito per medium filij ⁊ serui. ⁊ ita habes expeditum primum articulum in quo teneo cōtra Bar. ¶ Circa ſm articulum qñ quis cōtrahit cū procuratoꝛe exbāniti in quo Bar. tenet quod tūc incidat in penā statuti licet nemo attingat.

8 Adde qō idē tenet Ang. in. l. antistius. ſ. fi. ℈. de acqui. here. ite. adde bñ facere illud qō tenet Bal. i. l. ꝓ diuersas. C. māda. † vbi vult ꝙ si bānitus ꝓhibeat agere in iudicio qō etiam cessionarij a non pōt intentare directas: noīe banniti cū eas intentent, ⁊ tanquā ꝑcurator in rem suā. Illa decisio Bar. scōa etiā vſ mihi pe riculosa, ⁊ cōtra eā allego ibi solennem tex. in. l. qō sepe. ℈. si quis amico. ℈. de cōtrahē. emp. vbi est egregius tex. qō statutum ꝓhibēs dñm ne vendat seruū in fuga cōstitutū non habet locum in ꝑcuratoꝛe dñi vēdente si ꝑcuratoꝛ venderet, ⁊ illum tex. no.

9 Bal. † qui nihil ignoranuit. in auth. habita. C. ne filij ꝓ pa. Ad idem contra Bar. facit qō vult glo. reputata ſin. in. c. constitutionem. in verb. participatione. de sen. excō. in. vj. ff qua glo. no.

10 Lud. Rom. in. li. in p̄n. ſ. de verb. ob. † qō statutum puniēs b cer b ta pena lequentem cum exbānito habet locum in mittēte nuncium vel epistolam quānis nō sit procuratoꝛ. a est similis glos. in cle. si summus pontifex. de senten. excom. ita habes expeditam illam bimebrem decisionem Bar. in ulla. l. iij. ℈. hoc autem solu. Scō ꝓncipaliter ꝓ ista regulam videt confundi illud qō tenet Bar. in. l. eius seruū. per illū tex. ℈. de here. inst. vbi tenet mirabi

11 liter Bar. † qō licet nō possit instituī posthum⁹ alien⁹. ℈. posthumo. insti. de lega. tamē pōt instituī seruus eius. sequunť Ang. et Jmo. ibi, sed certe hec decisio Bar. cōfunditur per regulā hui⁹ tex. ⁊ ita eam reprehendit do. Alleg. in. l. gallus. in p̄in. in. j. col. ff. de libe. ⁊ posthu. Limita istam regulā tex. tribus: not. modis.

12 † Primo limita qñ seruus est institutus vel legatū ei factū cōtē platione dñi vel simpliciter, quo casu videt institutus cōtēplatione dñi. l. cū aliꝫs. C. de iure delib. tūc bñ cōsideraī capacitas dñi ad quē habit⁹ est respect⁹. secus si esset institutus cōtemplatione ipsius serui, tūc non consideraī psona dñi vel serui, vnde si tpe cedētis legati reperiť liber. sibi acquirit vel alteri dño capaci ci cui⁹ dño postea reperiet. Jta limitat Bar. in. l. si seruꝰ eius. ꝙ illū tex. ſ. de acq. here. sequunť Jmo. ⁊ Pau. de ca. bic ⁊ Sal. ⁊

13 aliꝫ in. l. i. C. de here. insti. ¶ Scō limitat † qñ dñs in ꝙbusdā est capax in ꝙbusdā nō: vt in spurio q̄ nō possit capere a ꝑe suo, aut. ex cōplex. C. de ince. nup. tñ bene potest capere ab aliꝫs. l. si is qui ex bonis. ℈. de vul. ⁊ pup. tūc bene inspicit persona dñi, se cus quādo dñs esset in totum incapax, iuxta gl. magistrā, in. ℈. legati. insti. de leg. tūc non consideramus capacitatē serui a per

Universidad de Deusto
Biblioteca

sona domini ex quo dūs est in totū icapax. Jta limitat Bart. in l. si deportati seruo. per illū tex. j. de leg. iij. Bar. Bal. ⁊ Sal. in. l. j. vbi late dixi. C. de here. instit. ⁊ Ang. hic, ⁊ ex varijs fol. quas de di in. d. l. i. colligūtur varie limitationes ad hāc regulā. ¶ Ultimo limita per tex. no. in. l. debitore. §. fi. de leg. ij. allegatū in glo.

14 vbi est tex. multum no. prout ibi multū not. Bar. ꝙ seruꝰ recipit capacitatē a domino in genere sed nō in specie, vñ si dominus est capax in genere sed nō ad illam speciem, tamen ad eam seruus admittitur ⁊ reputatur capax. Confirmo ꝙ licet dūs nō sit capax stipulari puta quia sit mutus surdus vel furiosus, tū quia, est capax acquisitionis ⁊ alicuius cōtractuum eius seruus poterit stipulari. text. est in. l. i. in princ. in versi. si quis igit. j. de verb. obl. ⁊ tex. in. l. antistius. §. fi. ff. de acqui. here.

¶ Sequitur. §. in legatis. ꝑm primam lecturam.

1 ¶ Voluntas vltima quod ꝑualeat nisi prima sit derogatoria.
2 Clausula cassans ⁊ irritans omne aliud testamētum ꝙ cēsetur tacite inesse in vltimo testamento.
3 Ultima pars testamenti derogat priori quādo sit ex interuallo.
4 Clausula derogatoria precedens quod tollat sequentem dispositionem. ⁊ in secunda lectura. nu. 1.
5 Juramentum appositū in prima dispositione quod tollat sequētem. nu. 15.
a Seqnēs. Aldē Lud. ro. cōsil. cccxxxvi. inci. qō indul tā Petri Aler. de Jmo. 2si cxvij. inci. visō libello pducto l. i. vol. idē 2si. cxxv. inci. visis, ⁊ cō sideratis statutis de obus 3. i eo. vol. idē consi. cii. inci. cū statutū dirigit prohibitiones, in. iiij. volumi.
Juramentum habet vim clau. derogatorie.
Constitutio derogatoria quantūcūq; generalis sequens ꝙ non tollat actus precedentes iuratos.
6 Clau. media derogatoria ꝙ trahat tā ad ꝓcedētia ꝙ sequentia.
7 Voluntas testatoris est que facit actum valere. ⁊ in secunda lectura. nu. 3.
Lex. s. quitur voluntem testatoris sicut venator leporem.
8 Testator qui rem legauit si illā ademit sub cōditione, an videatur demū legare. ⁊ in secunda lectura. nu. 6.
Ademptio facta sub conditione nō debet operari validitatem nisi contrarium appareat de presumpta mente testantis.
9 Scriptura testamēti tunc dicitur ꝓfecta qū fuerit tota cōpleta. Testamenti perfectio stat in vltima syllaba.
10 Inducta ad diminutionē debent operari augmentum, ⁊ sic inducere legatum quando nō possunt operari diminutionem nisi prius operentur augmentum, ⁊ in secunda lectura. nu. 8.
11 Qui vult consi. quēs videtur velle omne necessarium antecedēs ad illud.
12 Primum testamentū habens clausulam derogatiuā ad sequentia quando tollatur per scōm. ⁊ in secūda lectura. nu. 9. ⁊ nu. 11.
14 Renocatio facilius cōcedit in vltimis volūtatib⁹ ꝙ concessio. Juramentum habet vim expressi ita vt sufficiat generalis cum iuramento vbi requiritur specialis. ⁊ de hoc in nu. 17.
15 Juramentum ꝙ non suppleat vbi deficit consensus ⁊ volūtas: ⁊ nihil operatur. ⁊ de hoc nu. 16.
16 Ubi actus non valet ex ꝓsumptione defectus consensus iuramentum nihil operatur.
19 Testamētum quod fit inter liberos derogat primo habēti clausulam derogatoriam, licet de eo non fiat mentio.
Item habet vim clausule codicillaris.
21 Priuilegium concessum ab Jmperatore nō obstāte aliqua constitutione vel statuto. quod tollat etiam statuta futura. ⁊ quid de consuetudine. ⁊ in secunda lectura. nu. 14.

In legatis. † Ultima volūtas prenalet nisi prima sit derogatoria. h. d. ¶ Ilo. primo regulam ꝙ in vltimis voluntatibus vltima derogat priori. ⁊ illud qō dicit tex. hic in legatis, ⁊ in. l. clari. C. de fideicom. ⁊ in aliis cō cor. gl. ꝓcedit in institutionib⁹ ⁊ substitutionib⁹. c. cū marthe. de celeb. a. mis. l. hac cōsultissima. §. si quis aūt. ⁊ l. sancim⁹. C. de testa. gl. no. in. c. i. de cōsti. in. vj. idē in codicillis. l. cū ꝓponas. ⁊ ibi gl. ⁊
2 Bar. C. de codici. ¶ Dnc est qō i vltimo testo tacite inest clausula cassans ⁊ irritās omne aliud testū, ꝙ prius fecisset, ⁊ sit super flua est clausula notarioꝝ in hoc, ꝛ Bal. in. l. si. in. v. q. C. de edi. di. Adri. tol. facit tex. in. d. l. sancim⁹. in verb. ipso iure. ⁊ in. §. pe. instī. quib. mo. test. inīr. idē est in Sctib⁹. l. pacta nouissima. cū si. C. de pac. vbi plene cumulani idē esse in omni materia, ⁊ vide de
3 hoc gl. not. in. l. quoties vtriusq;. ff. de reg. iur. ¶ Scōo not. † ex tex. ꝙ vltima pars testamēti derogat priori. qō itelligē qñ ex interuallo fit. secus si incōtinēti. qz nisi appareat testatorē voluisse se cozrigere stabit vtriq;. l. nō ad ea. ff. de condi. ⁊ demō. ¶ Ter
4 tio no. ꝙ clausula derogatoria precedēs tollit sequētē dispositionem, ratio qz lex presumit abesse voluntatē, in scōa facit. l. si qs in prin. testamēti. j. de le. iij. idē est in Sctibus. gl. est no. in. d. l. pacta nouissima. qnā doc. ibi ꝑtim Bal. Ang. ⁊ Pau. de ca. multum no. reputāt singulare. Dinc infero ꝙ si in prima parte adesset iuramentū tolleret sequentē dispositionē. † Nō qz iuramētū hz vim clausule derogatorie ad sequētē dispositionē, ꝑm Jo. an. in regula ꝙ semel. in mer. Bar. i. l. cēs ppli. in. iiij. q. ꝓncipali ad fi. ff. de iust. ⁊ iur. ⁊ in. d. l. si qs in ꝑn. testamēti. Accedat qō cō
a stitutio sequēs a ꝓtūcūq; qualis ⁊ derogatiua non tollit act⁹ iuratos ꝓcedētes, gl. est no. i. c. cū nō deceat. i gl. fi. de elec. in. vi. quā ꝙ singulari no. Ang. in. l. j. §. q oneracle. ff. quaꝛ re. actio. nō dat est bonus tex. in. c. ꝙstitutus. de reseri. facit ꝙ vult gl. no. in cle.
6 dudū. §. fi. in vb. pacta. de sepul. ¶ Quarto no. ꝙ clausula media derogatiua legatorū trahit ad ꝓcedētia legata ꝙ ad futura, dicē in. l. talis scriptura. in ꝑn. vbi etiā tex. j. eo. facit. l. iij. §. fi
7 li⁹ inter medias. ff. de libe. ⁊ posth. ¶ Ultimo no. † in fi. ꝙ volūtas testatoris est q facit actū valere. ideo illa ꝓdominat ⁊ attēdi dz. l. 2ditionib⁹ primū locū. in princ. cum mille simili. ff. de cō di. ⁊ demon. ⁊ in. l. cum qō. in fi. C. de legi. ideo lex pedetentim sequit volūtatē testatoris sicut venator leporē, dixit Bal. in. l. pe. C. de necessariis here. instī. ¶ Glos. j. in fi. Contra istam gl. tenēt Jac. de are. Pe. Ly. Ray. Bar. ⁊ Sali. hicf ꝙ adēptio que fit ad diminutionē nō dz operari ad validitatē, vt hic ꝑ Barto.
8 Cōfirmat qz cōuētio que fit ad resoluendū non pōt operari esse ctū, pductiuū actionis. l. ab emptione. in fi. ⁊ ibi Bar. in vlt. not. ad hoc not. ff. de pac. l. vēditi. C. de actio. emp. ꝓ eadem parte bene facit tex. ꝑstim in ratiōe decidēdi, in. l. si te solū. ff. de ber. instī. qué allegat Pau. de ca. hic vbi si primo instituto te heredē pure ⁊ postea sub cōditione nihil valet scōa institutio, qa prima plena fuit, ergo idez in ꝓposito. ¶ Contrariā opinionē, ⁊ fic cū gl. tenēt Cy. Bilbe. Jmo. Rap. cu. d. Alex. ⁊ Bret hic monetur. Jmo. qz testator vt velle scōas adēptionē aliqd operari. i. si qñ. in ꝑn. j. eo. s. nihil pōt operari sub 2traria cōditiōe intelligat datū. Ad fundamētū Bar. z doc. ꝙ inducta ad diminutionē. ꝛc. rūdet vez esse nisi in 2trariū appareat aliquo modo de presumpta mēte testātis. ¶ † Scōo facit qz iura expresse dicūt ꝙ legatum sub 2ditiōe ademptū censet sub cōtraria 2ditione datū. l.
9 aliqd. in fi. ff. de 2di. ⁊ demō. l. qō pure. ff. qñ dies leg. ced. ⁊. l. legatū sub cōditiōe. ff. de adi. leg. ⁊ tex. in. l. pecuniā. ff. si cer. pet. Sed ad hoc respōdent subtiliter Pau. de ca. ⁊ do. Flor. hic, ac etiam Alex. ꝙ illa iura ꝓcedūt qū legatū fuit ꝑmo datū pure. postea fuit ademptū sub cōditione tunc bñ censet sub 2tia 2ditione dat i non ex eo ꝙ fuit 2ditionaliter adēptū qz inducta ad diminutionē nō debēt operari 2firmatiōe sed virtute legati primi puri ꝙ remanet in suo robore si deficit cōditio ademptiōis. sed hoc nō potest esse in proposito vbi per aliā adēptionē pura fuerat iam sublatū legatum. ad hoc vide bonum tex. in. l. si ita quis
a libertatē. §. fi. ff. de stat. lib. ¶ Tertio ꝓ ista parte Raph. cu. pōderat tex. hic in verb. sed si sub alia. vbi si testator adimit legatū sub vna 2ditione ⁊ postea adimit sub alia valet vltima. sed pma ademptio sustulit legatum in casum euentūs cōditionis. ergo adimēdo secūdo loco sub cōditione videt denuo legare vt reperiat ꝙ adimat. Ad hoc facilis est respōsio, quia in hoc tex. pma ademptio erat cōditionalis, interim ergo pēdēte 2ditione legatū valebat. l. si qs sub cōditione. ff. si qs omis. cau. test. nimirū si secūda ademptio q sustulit legatū validū attēdit. ¶ Quarto ꝓ ista parte bene facit qz scriptura testamēti non dr vnq; perfecta nisi postq; fuerit tota ꝑpleta. l. si is qui. ff. de test. ⁊ ibi Bal. no. ꝙ
10 ꝑfectio testamēti stat in vltima syllaba. Ratio qz in inciuiduis vt est testamentū. l. furiosum. C. q teit. fa p. ⁊ ibi Bar. no. nihil dz actū cū gd fuerit ad agēdū. li. C. ad Syl. vñ testator q fecit pma ademptionē ⁊ postea scōa 2ditionalē cū pma nondū esset pfecta vt ꝙ ꝑsam recesserit a pma. l. si ita scriptū. j. e. Scōm tū regulā. l. nō ad ea. ff. de cōdi. ⁊ demō. ego teneo ista parte glos. 2tra Bar. ⁊ antiquos. ⁊ vtor eoꝝ fundamēto qō retorqueo con
11 tra Bar. ⁊ antiquos. Nā dico ꝙ inductaꝫ ad diminutionē debēt operari augmētū, ⁊ sic inducere legatū qñ nō possunt operari diminutionē, nisi prius operent augmētū. tex. est no. l. l. deniq;. §. interdū. qué ibi ita summat Bar. ff. de pecu. leg. ad idem tex. no. in. l. ꝑnlus. ꝙ qué Bal. ⁊ alij multa bona decidūt. ff. de vsufru. Bar. in. l. eg hac scriptura. in. iij. col. ff. de dona. sed hic est in ꝓposito nostro ꝙ ista adēptio scōa 2ditionalis nō pōt operari diminutionē, imo esset oīno supflua, nisi prius operet augmentū legati, ergo prius inducet augmentum † qui essi vult cōsequēs intelligi velle omne antecedēs necessariū ad illud. l. illud. ff. de acq; bere. hic allegata in gl. Facit qō vult Bar. i. l. cēturio. l vl. char. in ꝑn. §. de vul. ⁊ pup. ⁊ ibi Jmo. ⁊ alij Moderni pleni⁹ tāgūt de intellectu illius. l. deniq;. §. interdū. ⁊ ibi plenius dixi. ⁊ ibidē Bar. allegat quedā alia iura. ⁊ ad. l. Titia. §. fi. ff. de manu. testa. respōde, vt per Bar. in. l. actione. ⁊ ibi dixi. C. de trāſ. in. l. si cum.
12 §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. ¶ Slo. in verb. † non valebit. in fi. Idem

fi. Idē tz gl. in. d. l. si qs in ꝑn. testamen. in verb. nemo. Spec. in ti. de instrn. edi. §. cōpendiose. ver. sed quid si in primo. Sali. in. l. fancimus. C. de testa. ⁊ Jo. de Jmo. hic. Contra istam gl. tenent Bar. ⁊ alij, omnes antiqui ⁊ noui. Bar. in. d. l. si quis in ꝑn. test. Ly. ⁊ Raph. Ful. in. d. l. sancim⁹. eo qz in qōe gl. sunt verba derogatiua potestatis ⁊ sic cōtra bonos mores. vnde absq; alia renocatione potest fieri aliud testamētum, cōclusio ergo gl. procederet quando in primo testamento adesset clausula derogatoria voluntatis vnde tunc nō valeret testamentū nisi in eo fieret specialis mentio illius clausule. ita propie loquitur tex. in. d. l. si qs in ꝑn. testa. Jsta vltima cōclusio ⁊ sic. d. l. si quis in ꝑn. testamēti. recepit plures limitationes quas ponunt Bal. ⁊ Mod. in. d. l. sancimus. vbi ego posui duodecim limitationes ad hoc. vnam nō omitto qz est valde dubia ⁊ vtilis in practica. qū in secūdo te
13 stamento adesset iuramentū. teo qz iuramentum habet vim specialis derogationis ad clausulam que erat in precedenti testamēto. ita singulariter tenet Bald. in. d. l. sancimus. ⁊ ibi cēs Mod. sequuntur verum qz Bal. ad hoc nihil allegat ibi. Jstud confirmat ibidem do. Alex. qz cum iuramentum appositum in primo testamento habeat vim clausule derogatorie, vt dixi in tex. ergo pari ratione si apponatur in scōo debet habere vim derogationis ad clausulā primi testamēti. l. cum pater. §. filius matrē. ff. de leg. ij. vt Jtem eadem sit iuris disciplina. l. j. ff. de bis qui sunt sui vel alie. iur. gl. ⁊ ibi dixi in rubrica. ff. de acqui. pos. Tut fozti
14 fica qz in vltimis voluntatibus facilius conceditur renocatio ꝙ concessio, vt probat tex. no. in. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Ad idem bene facit qz iuramentū hz vim expressi, vt fic ibi debet internuire aliquid specialiter in casu nostro sufficit generale cum iuramento. ita dicit Bal. in. l. j. in. §. q. C. cōmo. per. d. §. fiitus matrē. sequitur Lud. ro. in. l. j. §. si quis ita. in. g. col. ff. de ver. ob. ¶ Cōtra istam limitationē Bal. ⁊ omniū modernoꝝ plura fortiter stringunt. primo stringit. nam ꝑm testamentū postea factū ideo non tollit primū in quo adest clausula derogatoria sed ecōtra eo qz lex presumit ꝙ in secundo testamento deficiat voluntas testatoris. ꝓpter illā clausulā derogatoriā ita declarant Bar. ⁊ oēs. in
15 d. l. si quis in ꝑn. testamēti. ⁊ dixi in tex. sed fic est ꝙ vbi deficit consensus vel voluntas ibi iuramentū nō supplet. l. fi. C. de non nu. pecu. deliberat Bar. in. l. si quis pro eo. in ꝑn. ff. de fideiuſ. in vlt. col. in. viij. membro. Jo. de Jmo. in. c. per tuas. de arb. ⁊ in. c. j. de iud. Confirmatur qz vbi deficit cōsensus vel voluntas: tunc non hz locū. §. filius matrē. z nec tunc iuramētū aliqd operatur ꝑm Lud. ro. in cōsi. cccc. xcvij. quod incipit in casu proposite consultationis. in. g. col. ad fi. ⁊ ꝑin. seq. Are. in cōsi. cxiij. incip. qua-
16 tuoz dubia. in. ij. col. Ad idē facit qō ꝓprie vult Bal. in. l. j. in. iij. q. C. commo. ꝙ qō vbi actus non valet ex ꝓsumptione defectus consensus iuramentū nihil operatur: secus si adesset cōsensus in
17 genere vbi per eū. Ad idē ⁊ quarto facit qō volunt Bar. ⁊ doct. in. l. sed ⁊ si quis. §. questū. ff. si quis cau. Jo. an. ⁊ alij. in. c. j. de cōmoda. qō in generali renūtiatione casuum fortuitorum si apponatur iuramentum nihil operatur, per. d. l. fin. C. de non nu. pec. ad idem ⁊ quinto facit regula quā tradit idem Bal. in. d. l. sed et si quis. §. questū. in vlt. col. qō iuramentū generale nihil operat in his que debēt specificari. ita dicit esse gl. oz. in aut. sacramenta pube. C. si aduer. vend. sed hic in secundo testamento requiritur specialis mentio clausule derogatorie primi testamenti ꝓut di
18 cit tex. in. d. l. si quis in ꝑn. testamen. ⁊ gl. hic ergo iuramentum nihil operatur. ¶ † Sto veritate cōsidera ꝙ vbi nō adest cōsensus nec in gñe nec in specie: tūc iurm nihil operat. ita loquit. d. l. fi. C. de non nu. pe. secus qñ adest consensus saltē in genere. arg. l. qui iure militari. ff. de test. mil. ita declarat Jo. de Jmo. in cōmento. c. cū cōtingat. in. cxxviij. charta. de iureiu. ⁊ in. c. j. de commo. d. Alex. in. d. l. j. §. si quis it. ⁊ in effectu Bal. ⁊ Sali. in. d. l. j. in vl
ti. col. ff. cōmo. vnde in ꝓposito nostro dico ꝙ si testator faciēs ꝑm testamentū diceret in genere ꝙ renocat omne aliud testamētū istud nō sufficeret, ꝓpter clausulā derogatoriā ꝓcedētis testamēti qz requirit specialis renocatio. d. l. si quis in ꝑn. test. tamē si apponeret iuramentū sufficeret ex quo adest cōsensus saltem in genere: similiter qñ fieret ꝑm testamentum diceret se velle cer
tis testamētis que fecit prenalere, ⁊ inraret valere ꝑm testamētū in istis terminis. ⁊ similibus procedit limitatio Bal. ⁊ Mod. in
d. l. sancimus. secus qñ faceret ꝑm testū simpliciter cū iuramento. ⁊ nō fieret cōmemoratio alterius testamēti nec in genere nec in specie tunc procedunt alia in Jzium adducta. ita potes cōcordare predictas varietates. ⁊ credo ꝙ sit veritas qz tamē decisio
19 Bal. indistincte approbatur per Mod. potes addere † qz testamentū qō fit inter liberos derogat primo habēti clausula derogatoriā j. de eo nō fiat mētio. gl. est singularis. in. §. ꝛ si quidē. in verb. ꝓfecta. ⁊ ibi Ang. in aut. de testa. imperf. col. viij. Bal. Sali. ⁊ alij. in aut. hoc inter liberos. C. de test. Lud. ro. ꝑsi. clxxix. qō incipit amplissime doc. in pe. col. ⁊ in cōsi. cccl. xxxv. qō incipit in

casu ꝓmisso querit an scōm testū. d. Alex. in cōsi. cxxxiij. qō incipit ꝓmisso themate. in. xj. col. in. j. vol. Confirmat qz in testō patris inter liberos inest clausula derogatoria ad sequentia testamenta. d. aut. hoc inter liberos. ergo silr dz habere vim clausule renocatorie derogatiōis cōtēte in ꝑio, vt Jzium eadē sit disciplina: si aūt istud concedit in scōo testō fauoze filiozū fortius fauoze iuramēti ꝑ regulā. l. fancim⁹. C. de sa. san. ec. ꝙmo fortius qñ in a
20 scōo testō est instituta persona valde dilecta testatoꝛi hz vim renocatiōis derogatorie clausule cōtēte in ꝑio qz ardor liciti amoris supplet renocationē dicte clausule. ita tz Lud. ro. in. d. consi. cxxxix. qō incipit amplissime doctor. in pe. col. ꝑ glo. in. l. in testō. ff. de fidei. alleg. etiā in silr Bal. in. l. si iure. ff. de test. manu. q dicit qz ardor liciti amoris idē opat qō clausula codicillaris. ¶ Ex
21 tra gl. qrit Bar. post Dy. ⁊ nunquid ꝓuilegiū cōcessum ab imperatore nō obstāte aliqua ꝓstitutione vel statuto tollat etiā sta tuta futura, ⁊ determinat qō fic, cū eo trāseūt indifferēter oēs hic ⁊ in aliis locis allegatis. per. d. Alex. hic, per eundē in consi. cccxxxiiij. qō incipit ex themate ꝓmisso. in. iij. ad fi. ⁊ seq. ⁊ est in. ij. vol. cōsi. cxcij. dicit Raph. cu. hic qz ista decisio Bar. hic nō solū est vera sed indubitata. Jn Jzium tū facit illud qō vult gl. ordi. in cle. statutū. in verb. cōsuetudine. de elec. ⁊ in cle. ij. in gl. pen. de b
reb. ecc. nō alie. q gl. volūt qz clausula gñalis ᵇ non obstāte aliqua cōsuetudine intelligit derogare cōsuetudini ꝓterite, nō autem future. rūde dupliciter: primo qz ille gl. male dicit in tex. in. l. iij. §. dūmodo. ff. de sepul. vio. ⁊ cōiter sunt reprobate, vt late p do. Alex. hic. cū cōcor. per eū allegatis. in consi. cccvj. in. ij. vol. quod incipit viso testamento dicti Fran. in. iij. col. ⁊ est. in. ij. vol. cōsi. cccv. Scōo posito ꝙ ille glo. sint vere, respōde ꝑm Pau. de Cast. qō aliud est in statuto per qō de facili posset eludi priuilegiū principis: aliud in consuetudine. qz cum inducatur ex longo tempore ⁊ frequentia actuum non ita facile presumitur fraus.

¶ Sequitur. §. in legatis. ꝑm secundam lecturam.

1 ¶ Ultima derogant priozibus in vltima voluntate, idē in codicillis ⁊ contractibus.
4 Testator non potest mutare solennitatem iuris publici.
7 Ademptum semel amplius adimi non potest.
